Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Commentarius in universam Aristotelis - Cod. Ettenheim-Münster 157

**Aristoteles**

**[S.l.], 1611**

Capvt 2 et 3

urn:nbn:de:bsz:31-117375

Visual Library

# CAPVT .2. et .3.
# DE NOMINE et VERBO.

Vtriusq; capitis doctrinā bene explicat Fon. l. 1. c. 12. et 13. 14. et. 15. q. aliqr erit legendus; et praeterea q̄ ipse docet etiam hoc notandū. Nōen et Verbū a se ipsis quoad duas particulasq; a Fon. et Arte in utriusq; dfitioe ponūtur discrepare. Nā .1. Nomē ~~dbt~~ significare sine tempore, sed verbū cum tempore eoq; certo ac praesente, ut ait Arles. Significare sine tempore ait Jabellus, tr. 2. cit. c. 1. ex coi sententia est significare rem absolute sumptā nō mensuratā aliqua differentia temporis. Sunt a. 3 principales temporis differentiae seu partes. Praesens Praeteritū et Futurum. Significare cū tempore ē, significare rem adiuncta aliqua differentia temporis ut curro currens. Differunt igr verba p hanc particulam a noibus ad eum fere modum quo connotativa ab abstractis. Nam sicut illa mediante uno conceptu tantum duo involuunt, nempe primario formā quādam accidentariam secundario vero et consignificative etiam ~~sbtm~~: Abstracta vero solā formā sine ~~sbto~~

significare sine tempore ē significare rē absolute sūptā nō mensuratā aliqua temporis differentia.

ita verba praeter absolutum significatum quod habent mediante unico dundaxat conceptu etiam consignificant tempus praesens cui absolutum eorum significatum commensuratur et coexistit ut scribo scriptionem praesenti tempore coexistentem nomina autem significant absolute absque connotatione et consignificatione certae temporis differentiae ut homo cursus, cursor: et licet non pauca nomina significent tempus ut dies, hora, tempus etc. tamen non significant aliquid cum tempore sed solum tempus: quaedam vero apparenter quidem praeter absolutam rem videntur etiam tempus consignificare quamvis revera non significent, ut coena, prandium, ientaculum, vesper etc. quod vide constat quia coena et huiusmodi alia possunt esse praesentia aut futura aut praeterita. Idem iudicium esto de his vocabulis, crastinus, hesternus etc. quamvis non istiusmodi nomina praesertim si sumantur ut species consignificati temporis praeseferant, attamen non consignificant certi temporis differentiam sed vel solam rem absolutam quae ordinarie quidem ab hominibus certo aliquo tempore peragi solet ut ientaculum coena etc. vel primario et quidem solam temporis differentiam sine alterius rei absolutae significatione significant, ut praeteritio

Ita nomina dies, hora, mensis significant tempus sed non cum tempore

futuritio, nunc, et forte crastinum ftr acceptum est.
Secunda particula dictionum est quod Nomen debeat adiungi posse verbo ~~posse~~ est vel non est, eique iunctum efficere enunciationem veram vel falsam. Quae particula ut patet nulli verbo convenit, sed Verbum semper ~~debet~~ esse nota, sive signum, eorum quae de aliis praedicantur quod vicissim non convenit Nomini: quemcunque sensum tandem habeant ista verba. Quemcunque dico propter discrepantes interpretum opiniones, nam primo aliqui hunc sensum faciunt ut esse notam eorum quae de alio praedicantur nil aliud sit quam significare copulationem et nexum seu unionem per quam praedicatum mentale cum subiecto suo copulatur. e. g. cum dico, Petrus currit, Verbum hoc, et cursum significat et cum tempore praesenti, et praeterea connectit cursum cum Petro quod non facerem, si dicerem Petrus cursus vel Petrus currens. Hinc fit ut in omni enunciatione vocali aut scripta debeat esse aliquod verbum quod sit nota eorum quae de alio praedicantur. h. e. quod ut isti interpretantur significet copulationem illam mentalem per quam conceptus praedicati, nectitur cum subiecto, quam copulationem Aristoteles. c. 1. vocavit compositionem et divisionem et in. c. 3. sub finem ait eam significari per Verbum

est vel nō est. Hanc interpretationē. S. Th.
l. 5°. tribuit Porph. et Tol. q. 1. q. 6. recentio
ribus. Secundo Fon. c. c. 14. ex coiori verio-
rique sententia hunc ēe verborum Aristotelis sensū
ait; ut oē id quod proprie dictū verbū ē sem
per sit prædicatū in quavis enunciatione nun
quā vero subiectum; vel ut cum Arte, descripto et
vocali verbo loquamur. Verbū in oī enuncia
tione semp ~~dbt~~ ēe nota ad placidum signifi-
cans aliquā rem q principaliter et ut quod
prædicatur. Ita ut quamdiu vim et significa-
oē verbi retinet negat ēe subiectum, per quā par-
ticulā differt a Noīe et participio q tā sub-
iectorū quā prædicatorū nota ēe solent. Differt
a hac interpretatio a Priore, tū quod aliū
sensū prædictorū verborū faciat q sane vi-
detur planus et oīo Aristotelicus ut cuilibet le-
genti ipsā Dfitioem et Aristotelis subiunctā expli-
cationē patebit; tum quod ad essentiam verbi
exigat ut semp sit alicuius prædicati nota, neq
etiam Artes frustra ad verbium semper tam
signatē in Dfitioe eiusq explicatione posuisse
videtur; Ideo a. guenit cum prioris interpre-
tationis authoribus quod concedat oīa verba

Verus sensus horum verborum; et semper eorum q de alio ēē. ē iste; verbū ē semp prædicatū.

in enunciatione posita praeter significationem alicuius rei praedicata etiam consignificare mentalem compositionem. Imo addit omne verbum 4 significata in quavis enunciatione habere. Quorum primum est ut significet aliquod praedicatum essentiale vel accidentale quod Aristoteles consueta sibi phrasi his verbis exprimit, dum ait: Verbum semper eorum quae de alio dicantur notam esse, ut Eorum quae De subiecto, vel in subiecto sunt; dum ait de subiecto intelligit subiectum praedicationis si quaedam verba essentialiter de aliquo praedicantur; dum ait, vel in subiecto sunt, intelligit subiectum inhaesionis latissime tamen acceptum ne subiecta extrinsecarum denominationum excludantur. Secundo omne verbum significat tempus praesens. Tertio copulationem seu nexum mentalem praedicati cum subiecto. Quarto etiam connotat aliquod subiectum de quo accidentaliter praedicatur vel forte etiam essentialiter. Quia ut alibi ex Eckio diximus omne verbum saltem Adiectivum est Concretum accidentale seu connotativum respectu alicuius subiecti. Praeterea nisi verba isthaec 4 significata mediante unico conceptu significarent non forent simplices partes orationis, neque in ullo praedicamento ponerentur

Quoad 1. et 4. significatum verbū cū Noīe ꝯ-
uenit propter quam cāam Arles ait, Verba ēē
extra enunciatiōnē quodammodo Noīa. sed in
2do et 3tio differt a noīe: adhaec 1. 2. et
4 significatum Verbo semp ꝯuenit tam intra
quam extra enunciatiōnē sed tertium tm in e-
nunciatione ꝯuenit. Qua de cāa Arles,
4 Verbū absolute sumptū descripsit, ꝯtra
quā sentiunt prioris opiōis interpretes in sua
Dfitioe, 3 hoc Verborū significatum omisit.
Deniq quoad 3. postrema significatū verbū
proprie dictū cum infinito verbo ꝯuenit,
sed quoad primū discrepat, nā sicut Noīa ita
etiam verba infinita nullā certā ac definitā
rem significant sed tā de Entibꝫ quā de nō
Entib. oībꝫ praeterquā de ijs q negant vere pos-
sunt affirmari, ut nō homo de oībꝫ rebꝫ p-
terquā de hoīe et nō currit de oībꝫ p-
terquā de currentib. sed verba proprie dicta
ac finita denotant rem certam vel coēm vel
particularem. Ex utrisq capitis doctrina colli-
gendū ē sola noīa vocalia, eaq finita et substanti-
va vel adiectiva et pronomina sed substantiue ac

cepta et in recto casu ee proprie dicta noia qb. Aristotelica dfctio gueniat: et sola verba vocalia ac finita in dicativi modi, praesentis temporis ee verba proprie sumpta et ab Arte et Fon. definita: Caeteras oes voces q o sunt oraoes nec vincula dundaxat, tm revocari ad Noen vel verbum vel directe vel oblique, ut bene docet Fon. c. 15.

# ARTICVLVS PRIMVS.

## An Verbum EST in enunciationib. de Tertio Adiacente sit uerum Verbum.

Raio difficultatis e qa Artes in dfctioe verbi, ait, de verbum debere ee notam alicuius rei praedicatae; Atq in huiusmodi enunciationibus. Homo e at: Homo e risibilis: Albedo e color &c. Noia at, risibile, et color &c. sunt nota praedicatorum; Ergo verbum e non poterit ee nota eorum sed solius copulationis, et consequenter no erit verbum verum sed mera copula verbalis. Nonnulli priore interpretatione paulo ante relatam ideo tm sequi dentur ut ab hoc argto defendere possint verbum e in oibus enunciationib. ee verbum.

sed pro veritate intelligenda Notandum est pri-
mo: Enunciationem in principio seq. l. ex Arte, di-
vidi solere in enunciatione de secundo ad-
iacente et in enunciatione de 3tio adiacente

Ed sit enunciatio de 2do adiacente.

Enunciatio de secundo adiacente est, in qua
solum verbum sum praedicatur. Ut homo est
Antichristus o est.

Ed de tertio adiacente.

Enunciatio de 3tio
adiacente est in qua praeter verbum substan-
tivum praedicatur etiam aliquid aliud. ut Tu es
doctus: Homo est animal, Contingit hominem esse
album. Quaestio igitur articuli tantum procedit
de enunciationib. 3tij adiacentis quia dubi-
um o est quin verbum sum verissime praedi-
cetur et proprie dictum verbum sit in quali-
bet enunciatione 2di adiacentis.

Notandum 2do, quod Aristoteles in 4 Met. t. 3
docet, idem esse si quis dicat, ens homo ens ani-
mal, ac si omissa vocula ens, tantum diceret
homo et animal, eo quod ens o differat
ab homine et animali aliisque particularib. rebus. His adde
ex eodem Arte, 5. Met. c. 7. t. 14. nullam esse e-
nunciationem in qua non praedicetur, verbum Est,
sive participium Ens: vel explicite ut Socra-
tes est: vel saltem implicite ut Socrates quales

cit, ambulat vel secat: nil. n. differunt inqt Artes, ho
ē qualescens et homo qualescit, Homo ambulans ē vel
secans, et Homo ambulat vel secat eodēq; modo se
res ~~ttt~~ in cateris ex q̄ doctrina cōis dialcorū
Intia orta ē: Oēm enunciatiōnē in q̄ aliquod ver- Aliqe; verbū adiectiuum.
bū prædicat, resolui posse in enunciatiōnē de ter-
tio adiacente in qua Verbū Est, adiuncto aliquo
participio p̄dicet. Quare si dicas hō ē, resoluere
poteris in hanc enunciaōem Homo ē ens. et homo
ambulat in hanc. Homo ē ambulans. Itē ibidē do-
cent. S. Th. Alensis. et Fon. Habetur ergo
ex prædictis Artis textib. quod in quauis enunciaōe
participiū ens explicitè vel saltē implicitè p̄di-
cet, quod pari probabilitate dici etiā poterit
de Sbctis, nam ens in quauis enunciaōe et saltē impli-
citè etiam subyci videt. hoc ipso quod res q̄ subijcitur
ab ente ō distinguatur ut ait Artes. c. 1. 3.

His notatis Fon. p. Inst. c. 14. cū alijs recentiorib. propter
raōem initio art. allatam asserit Verbū Est, in enunciaōe
et tertio Adiacente nō habere significatiōnē verbo essen-
tialem adeoq; non ēē notam alicuius prædicati sed merā
copulā seu vinculū verbale neq; directè neq; indirectè ad
Verbū pertinere. Si ex eius Intia inferas fore ut Verbū
Sum apud Grammaticos coniunctionis partis sit. Negabit

gsequentiam, eo quod interdum saltem hoc ē in enuncia
tionib. secundi adiacentis proprie dicti verbi sig
nificaōem ~~tbt~~ et cū tempore praesenti significet, et
semper inflectatur per modos et tempora instar a
liorum verborum. Si deinde obycias Aristotelem c. 5.
diserte ita scribentem necesse ē oēm enunciati
uā orōnem ex verbo gstare vel ex casu verbi
Per casus verbi intelligit verba aliorū temporū, quā
praesentis indicativi et. l. 2. c. 1. post initium
haec verba scribentem. Tis affirmāo vel negāo
vel ex nōie et verbo vel ex infinito nōie et verbo
sine verbo autē nulla affirmāo aut negāo ē.
Respondebit verbū ab Aristotele his locis ita tak acci
pi ut etiam verba infinita eorūq casus et copu
lā verbalem Est complectatur. Quae copula
cum

hic nihil desideratur.

in enunciationib. tertij adiacentis Verbi proprie dicti offi
cium non exerceat, adeoq; precise et reduplicative quate
nus in eiusmodi enunciationibus proprie dictum Verbum non sit
nilominus tamen saltem specificative poterit dici Verum
Verbum eo quod in enunciationib. 3tii adiacentis omnia
proprie dicti Verbi officia et significata habeat
Igitur sicut consul dicitur etiam tunc quando nullum con
sulis officium exercet, ita verbalis copula etiam
tunc quando precipuum verborum officium non exercet
nimirum in enunciationib. de 3tio adiacente saltem
specificative ab Arte et ab alijs merito vocatur pro
prie dictum Verbum. Confirmari hoc sententia pt,
ex fine huius 3tij .c. in quo Artes eam satis clare
docere videtur quando ait: Neque n. Esse aut non
Esse est signum rei (: predicata :) neque dem si ipsum ens
dixeris nudum id in nil est sed compositionem quan
dam assignificat quam sine compositis non licet intel
ligere: sensus est copula verbalis Est vel non Est,
non significat aliquam rem que predicetur sicut cetera
verba proprie dicta sed solam copulationem predi
cati cum subiecto: Imo licet participium Ens, quod
derivatur a Verbo Sum aliquam rem significet, atta
men unde sumptum, quod descendit a copula Sum,
nil preter compositionem mentalem denotat que sine
compositis ijs que copulantur h.e. extra enunciationem

intelligi ō pt. Ex q̄ duplici acceptiōe Verbi
Sum et participij ens, orta videtur celebris illa
diuisio entis realis et rāois. Illud .n. quod a
Verbo Sum deductum vera et positiua rerū
existentiā denotat ens reale ē: quod a tm̄ a
copula verbali descendit solam q̄ mentalē copu-
latiōnē quā Arles passim vocat verū; significat
ens rāois ēē videt. De q̄ in proemio Logicae
satis dictū. Cui haec sūtia ita explicata arrise-
rit eam sequatur. Verior videt ēē sūtia
quā Tol. et Louanienses aiunt ēē cōem veterū grae-
corū et Latinorum Aristotelis interpretum q̄ oēs docet
Verbum Est etiam in enunciaoib. tertij adiacentis
vere ēē notam praedicati adeoq̄ ō tm̄ copulā sed ve-
rū Verbum. Quae probatur primo ex cit. loc. Arlis
q̄ ō videntur admittere superiorem interpretaōem
ad locū vero quem ex hoc capite pro se adducūt
prioris opiōis authores dicendū ē ex illismet
verbis nostrā sententiam ꝯfirmari illorū vero
refutari, nam Arles expresse dicit Verbū Est
vel nō ē, siue ens nudum, consignificare ꝯpositi-
ōnē quandam; quasi diceret sicut verba adiectiua
ut currit, ambulat, nō significant principaliter ꝯ
positiōnē praedicati cum subto, sed ꝯsignificant
tm̄; Ita etiam verbum Sum, consignificare ꝯpo-

sitionem. Ergo authore Arist. praeter hanc consignifi
cationem habet etiam aliquam significationem alicuius princi
palis significat, ut etiam advertit. S. Th. hic
quod significatio alia non potest esse quam ut implicite signi
ficet etiam partem eius rei quae praedicatur. Confir
matur eadem sententia ex. 5. Met. t. 14 su
pra citato in quo Arist. expresse ait in quavis
enunciatione praedicari ens saltem implicite.
Probatur 2do ratione. Sicut se habent caetera ver
ba ad suas significationes ita quoque verbum sum
ad suas, sed caetera verba per appositionem alterius
non amittunt suas significationes. ergo nec verbum sum
per appositionem 3tij adiacentis significationem quam
sine eo habebat amittit. Maior est certa
Quia postquam aliquod signum ab institutore suam
significationem semel accepit durante tali insti
tutione ita necessario eam retinet sic ut naturale suam,
quare non potest illam modo abycere modo assumere
Minor constat exemplis. Nam in dicto Socrates se
det rectus vel Socrates amat Deum significatio
Verbi sedet et amat per appositionem vocula rectus
et Deum non deperditur sed determinatur et limi
tatur potius ad aliquid certius; Ergo similiter in dicto
Petrus est homo, Petrus est Albus. Verbum est per appositionem

alterius ō amittit significationem quam habere solet ante appositionem ꝫtiæ eiusmodi vocula sed potius determinatur et quod prius nil significabat præter entitatem generatim sumptam, iam significat entitatem talem q̄ per 3 adiacens limitatur ad humanitatem vel abbedinem vel aliam particularem entitatem.

Ex his facile respondetur pro hac Intia, ad rationem difficultatis initio art. positam nam sicut in eiusmodi enunciationib. cum dico Socrates vocatur sapiens; Socrates amat Deum non sola nomina sapiens et Deum sunt adæquatæ notæ eorum q̄ prædicantur ita etiam in enunciationib. ꝫtij adiacentis negandum ē solo ꝫtio adiacentia ēē adæquatas notas prædicatorum, dicendumq; etiam verbum sum ēē saltem inadæquatum signum rei prædicatæ. At igr et risibile et color, in superioribus enunciationib. sunt quidem notæ prædicatorum secundum particulares et determinatas entitates quas habent res prædicatæ sed verbum ē etiam ē inadæquata nota earundem rerum significat in earum entitatem vel ut S. Th. loquitur actualitatem generatim sumptam q̄ per ꝫtio adiacentia determinatur ita ut sensus prædictarum enunciationum

sit huiusmodi: Hoc conuenit entitas animalis, risibili
tatis, et albedini entitas coloris, ut ex coi senten
tia bene docent Conimb. q. 2. a. 4. s. 2.
Responderi praeterea etiam facile poterit ad alias
obiectiones: qn. n. obyciunt: si Verbum Est, foret
pars praedicati, ~~tunc~~ in eiusmodi guersa. Vis homo
est animal, tunc in conuertente deberet fieri
pars sbcti. quod tn no fit, siqdem ipsius guertē
ē: quoddam animal ē Homo. Respondeo ex
2do notabili, Verbū Est in conuertente implicite
saltem fieri sbctm eo quod Arte authore ibi
dem citato idē sit, ens animal, et animal, qua
re opus o ē ut explicite fiat pars sbcti: quam
uis etiā hoc fieri possit si dicas: Ergo quoddā
quod ē animal ē homo. Eodem modo soluuntur
caetera obiectiones quas Tol. insinuat. Nam licet
Verbum Est, no sit explicitus terminus Sylli, nec
adaequatus in quem explicite soleat resolui Syllus et
propositiones, implicite tn solet etiam ēē terminus
saltem inadaequatus in quē implicite fit resolutio, hoc
ipso quod ens teste Arte idem sit cū singulis particula
ribus rebus.
Sed necdū Verbū Est ab oibus difficultatib. uindica
uimus nā etiam hoc obyciunt. Verbū Est in enunciati
onibus nuriis Petrus ē Homo, Homo ē at, at, e

sensitiuū, nō significare cū tempore praesen
te proinde Verbū ēē nō posse. Antecedens
pbant tum ex dicto quodā dialcorum satis tri
toquo aiunt: Verbum ē in enunciationib. neces
sarijs absolui a tempore: tum hac rāōe qa eiꝰ
modi enunciationes sunt sempiternae ueritatis ta
methi n. sbcta illarum nō existant nilominꝰ uerae
sunt quā ob rāōem etiam Fon. 8. Inst. c. 37.
ex cōi dialcorum opiōe docet tā sbcta quam
praedicata id genꝰ enunciaōn ampliari ad oēs
temporū differās imo etiā ad possibilia. Quare
prior enunciatio: Petrꝰ ē homo. Vera ē hoc sen
sa: Petrꝰ q fuit, aut ē, aut erit aut ēē pt
uel potuit. Vt hanc obiectiōne soluamꝰ, dili
genter notandū ē discrimen inter ꝯtingentes
et necessarias enunciationes: nam necessari
ae ex probabiliori sātia propterea uerae sunt
nō existentib. sbctis et earū praedicatis, quod
praedicata necessario respiciant sbcta, adeo
ut sbcta sine illis existere nequeant, nā si Pe
trꝰ ē Homo ē et risibilis ē: At in ꝯtingenti
bꝰ enunciationib. nulla inter praedicatū et sbctū ne
cessario interuenit connexio: imo tantum abest ut
earum praedicata ad sbcta qn non existunt

necessariam aliquā habitudinē includant ut etiam ex
istentibus modo gueniant modo non. Quare actualis
existentia subiectorum ad contingentium enunciacum
veritatem necessaria ē tanquam conditio sine qua
non. Hoc notato respondeo Verbū Est in enun
ciationibus necessarijs ō minus significare differas
temporis quā in contingentib. ut bene docet Conin.
cit. s. 2. quā responsionē probo primo hac rāōe.
Quicquid alicui essentiale ē id ō pt pro cuius quā ar
bitrata ab eo separari sed consignificare tempus præ
sens ē Verbo essentiale, ut ex dfitiōe constat; Ergo
separari ab eo ō pt. Unde sicut Album supposita
institutione sua ita nario consignificat subiectum, ut sal
va essentia sua ō possit illud nō consignificare. Ita
etiam Verbum et quoduis aliud signū ex instituto
ad sua significata et consignificata sese habet.
Probo 2do: Istæ enunciationes Socrates ē Homo, Socra
tes fuit Homo, Socrates erit Homo haud dubie inter
se differunt at ō alia rāōe quā temporis assignificati;
Igr sicut Fuit consignificat tempus præteritū, Ita
Est consignificat tempus præsens. Tertio probo
idē ex dfitiōe ipsius ampliationis quā nobis adversa
rij opponunt, nam Ampliatio ē qn subiecta et prædica
ta accipiuntur pro plurib. reb. quam contineantur in differā
temporis ad significati per copulam enunciationis

Igr Ampliatio ee o pt ubi nulla differentia
temporis adsignificatur Imo talis differenti
a q se o extendat ad sbcta et predicata alijs
temporib. existentia. Confirmatur. Etiā
huius enunciationis cum dico sedens surgebat, sbctm
ampliat ad praesens, et nilominus Verbū surgebat
adsignificat tempus praeteritū. Igr pari raoe
idem gtinget Verbo Est. Ad primā antecedentis
probaoem respondeo, dictum illud a Nomina
lib. excogitatū ee atq in eo sensu verū nō ee.
Deniq ad rdam probaoem et ad totū argtm
dico Verbum Est, etiam in enunciationibus
necessarijs quantū qdem e ex se ita unire
predicatū cū sbcto ut etiam gsignificet eo ipso
tempore praesenti predicatū sbcto guenire
Quia tamen illa convenientia sea unio eignaōe
e ut nō modo p illa temporis diffra, in qua ad
significatur intercedat inter predicatū et sbctm
sed etiam ante et post mio semper adeo ut neq
cipi qdem sbctm talis enunciationis sine illa p
fecte possit salva sua essentia et natura. Propterea
fit ut eiusmodi enunciatio o tm vera sit
sed pro differentia temporis praesentis p

Verbum Est gsignificata sed etiam pro oibꝰ alijs
quas tñ ipsũ Verbũ ō gsignificat. Idem fere etiam
in negatiuis enunciationib. accidit: nã ista u. g. Ho
mo non ē doctꝰ vera tm̃ ē pro illo tempore quo
doctrina ab hoīe abest Quia tamē ista absentia
et disiunctio doctrinæ aliquando locũ nõ hbt tunc
nimirum cũ doctrina vere gvenit homini ideo
prædicta enunciatio negatiua nõ ē perpetuo vera
sed tantũ pro illo tempore quo doctrina ō ē in ho
mine. Sed hæc enunciatio Homo ō ē Lapis, p
petuæ veritatis ē ꝯqa lapis ita abē ab hoīe
ut ne possit qdē eidem unquã p ullã Poten
tiam conuenire, Quare licet talis enunciatio ab
æterno fuisset facta ab aliquo vera tñ fuisset
atꝫ ita vera ut si æternũ duraret nunquã pos
set ex vera in falsã commutari, sicut prior Homo
nõ ē doctꝰ commutaretꝫ in falsam quam primũ
doctrina ab homine abēe inciperet. Quid por
ro ista unio disiunctioꝫ inter eigmodi enunciationũ
extrema sit reale ne ens ans rationis, absolutũ
an respectiuũ alio pertinet satis nunc ē scire
oē verbum in quauis enunciatione cũ tempore
præsente significare.

Ad extremum etiam ex dictis colligendum est, quod bene etiam docent contra quosdam recentiores Conimb. cit. s. 2. Verbum est in enunciationib. de secundo adiacente existentiam significare non esse entiam sive entitatem, quae ratione ut minimum ab existentia differt: at in enunciationib. de 3° adiacente, nunquam significare existentiam, sed entitatem coitus eamque accidentalem quam accidens praedicatur: ut cum dicitur, Homo est albus; aut substantialem si substantia praedicatur ut Petrus est Homo. Neque ex eo quod enunciationes contingentes non sint verae nisi tum tantum quae eorum subiecta existunt, bene concludunt recentiores Verbum Sum, in illis positum significare eiusmodi existentiam. Nam cum accidentalis unio et convenientia praedicati in subiectis quam verbum una cum tempore praesente etiam consignificat intercedere inter praedicatum et subiectum contingens non possit nisi existente subiecto. Ideo existentia eiusmodi subiectorum conditio quidem sine qua id genus enunciationes verae esse non possunt a verbis tamen in eiusmodi enunciationibus non consignificare.

accusta

# CAPUT QUARTUM

## DE ORATIONE ET ENUNCIATIONE.